Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8279
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Credo in unum deum. Offertorium. Recordare virgo
mater dum steteris in conspectu dei ut loquatur
pro nobis bona et ut auertat indignationem suam
a nobis. Secreta. Tua domine propitiatione et beate
Marie semper virginis intercessione ad premia
eternitatis presentem hanc oblationem nobis proficiat
prosperitatem. Per. Prefatio. Et te in veneratione.
Comunio. Beatus venter Marie virginis qui portauit
eternum patris filium. Comunio. Aue regina
celorum mater regis angelorum o Maria flos velut rosa
ut lilium funde preces ad filium pro salute fidelium.
Complet. Suscipiat domine salutem nostre subsidium
ut qui beate Marie semper virginis patrocinia
nos ubique protegi: ut cuius veneratione
hec tua obtulimus maiestati. Per. dominum.
In Paschali tempore de beata virgine sic cantabitur
Salue sancta parens enixa puerpera regem
qui celum terramque regit in secula seculorum.
Ps. Benedicat omnes tuum adiuuamen
quicumque celebrant tua commemoratione. Oro.
Deus qui per gloriosam resurrectionem unigeniti filii tui humilitatem nostram letificare dignatus es presta quesumus: ut per eius venerabilem genitricem sanctam Mariam perpetue uite gaudia consequamur. Per eum. Epistola. Ego quasi vitis
fructificauit suauitatem odoris. Alleluia. V. Sancta di